

1754 2^a

DISSE^RTAT^IO IN AVGVRA^LIS MEDICO-CHEMICA.
DE
**PRAE^CIPITATIONE CHE-
MICA**
GENERATIM CONSIDERATA³

QVAM
SVB AVSPICIIS SVMMI NVMINIS

ET
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE

P R A E S I D E

D. ANDREA ELIA BÜCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
POTENTISSIMO PRUSSIAE REGI A CONSILII INTIMIS,
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PVBL. ORDINARIO,
FACVLTATIS MEDICAE H. T. DECANO,
IMPERIALIS ACADEM. NATVR. CURIOSOR. PRAES^{DE},
ET COMITE PALAT. CAESAREO

PRO GRADV DOCTORIS

SVMMSIQUE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS LEGITIME IMPETRANDIS

DIE IX. NOV. A. S. R. C¹⁰I¹⁰CCLIV.

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

PUBLICE DEFENDET


AVCTOR

IACOB. IOACH. GEORG. CRAMER DE CLAVSBVRCH
MAGDEBURGENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE,
LITTERIS FÜRSTENIANIS.

VIRO
PERILLVSTRI, REVERENDISSIMO,
GENEROSISSIMO ATQVE
EXCELLENTISSIMO
DOMINO
FRIDERICO AVGVSTO
DE BODEN
POTENTISS. BORVSS. REGI A CONSILIIS
INTIMIS
REGIAE CAMERAE MAGDEBURGICAE
ITEM QVE
SVPREMI COLLEGII MEDICI PROVINCIALIS
DIRECTORI
COLLEGII CANONICORVM ECCLESIAE CATHEDRALIS
St. SEBASTIANI DECANO
SENATVS ORDINVM PROVINCIALVM DVCATVS
MAGDEBURGICI ASSESSORI
RERVM AD PIA CORPORA SPECTANTIVM
COMMISSARIO PERPETVO
DYNASTAE IN CLOSTER MANSFELD, RELIQUA.
MAECENATI AC PATRONO SVO
GRATIOSISSIMO,

OB INNUMERA
SIBI SVISQUE COLLATA BENEFICIORVM GENERA
DISSERTATIONEM HANC IN AVGVRALEM
SANCTISSIMI OBSEQVII AC DEMISSISSIMAE
VENERATIONIS INTERPRETEM
CVM ARDENTISSIMIS
PRO SALVTE, INCOLVMITATE, PROSPERITATEQVE
EIVS
NVNCVPATIS VOTIS
IN SVI ET QVALIVMCVNQE STVDIORVM SVORVM
VLTERIOREM HVMILLIMAM COMMENDATIONEM
SVBMISSA MENTE CONSECRAT
SENITAS OPIUNIA PROYNGATIVN DUCATAS
MODERARGICL ADOBSONI
TRRAMA AD HI CORFORA PLECTANTIVN
COMMISSARIO PERPETUA
DYNASTAE IN OPOSIIT VENDEO, RETILO
AVCTOR
IACOBVS IOACHIMVS GEORGIVS CRAMER DE CLAVSRVCH.



DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICO-
CHEMICA
DE
**PRAECIPITATIONE CHE-
MICA**
GENERATIM CONSIDERATA.

P R O O E M I U M .



Quanta in admiratione atque au-
ctoritate iam antiquissimis
quibusque temporibus sem-
per ars chemica fuerit, non
facile quenquam fugere pot-
est, qui antiquissima priscae ve-
tustatis monumenta unquam, vel obiter dun-
taxat velutque in transcurso, adspexerit.

A 3

Nec

Nec quicquam negotii esset id compluribus
testimoniis confirmatum tradere, in praefan-
do si mihi vacaret ac liceret esse longo. Ut
enim taceam, quae in sacris litteris de Tubal-
caino, quem aeramentorum omnis generis &
ferramentorum affabre conflandorum atque
excludendorum scientissimum celebrant, rela-
ta leguntur; Aegyptiam solummodo gen-
tem hoc loco in medium adducere liceat.
Quisnam est, qui historiae antiquae sit tam in-
scius ac rudis, ut, quantum chemicae doctri-
nae pretium iam inde ab Osiridis temporibus
in Aegypto fuerit semper statutum, omnino
nesciat? ipse Hermes, cognomento Trisme-
gistus, qui magnus Philosophus, & Regi
Aegyptiorum Osiridi a consiliis fuisse sanctio-
ribus fertur, nobis testimonio esse potest,
quanti iam antiquitus haec doctrina in Ae-
gypto fuerit aestimata & quantopere exculta:
eum quippe chemicae artis peritissimum
fuisse atque exercitatissimum, complura ista
monumenta, quae hac de scientia literis
consignata posteritati reliquit, facere viden-
tur testatisimum. Verum enim vero quam

quam Chemia perinde, ut universae ceterae artes & scientiae, ab exiguis & rudibus profecta initii, hoc pacto procedente tempore sensim pedetentimque variis doctrinacarque experientiae incrementis fuisse videtur locupletata; tantum tamen abest, ut omnibus suis numeris & partibus expleta nunc & perfecta deprehendatur, ut potius, vel hac nostra memoria, etiamnum satis manca, imperfecta &c, ut vere dicam, multis occultata & circumfusa esse notetur tenebris, tametsi haud diffitear, eam impensis studiis & laboribus virorum doctrina atque scientia artis medicae principum, Stahlii, Boerhaavia, Junckeri, Hoffmanni, utique nostro aevo mirifice auctam & ad maiorem esse splendorem evectam. At vero causam ex nobis sciscitatu, quamobrem praeclarissima haec scientia etiam nunc, nostra aetate, tot tantisque obscuritatibus sit involuta? nihil aliud reponendum habeo, quam quod sanae ac sobriae Physices principia, in chemicis phaenomenis explicandis, haud raro & insolenter vel omnino neglecta, vel certe parcus iusto

iusto adhibita fuisse deprehendantur. Quo-
circa, iussus specimen quoddam inaugurale
dare & mei periculum facere, argumentum
disputando chemicum de *Praecipitationibus* ele-
gero, ut luculenter inde cuivis appareat,
quos, quantos quamque varios multifariis
phacnomenis, in arte chemica planius dilu-
cidiusque expediendis, utilitatis fructus affe-
rant physica Illustris HAMBERGERI dogma-
ta. Faxit divinum Numen, ut cuncta nostra
conata in ægrotantium salutem & sui ipsius
gloriam cedant immortalem.



§. I.



§. I.

De Praecipitatione chemica hoc loco acturus, meum esse duco ostendere, quid notionis hoc vocabulo velim complexum. Vix vero id effici posse existimo, nisi vocabulum hoc ea significatione, quae technica est & usu recepta omnibusque comprobata, accipiamus. Investiganti igitur mihi & perscrutanti illas notiones, quae huic voci haerent, admodum inter se diuerſae occurrerunt, quae quum latius pateant, quam forte cuiquam prima facie videri possent, expediet, ne erroribus implicemur, ne rem definiendam neque latius, neque angustius, quam convenit, definitam tradamus, diversas istas ideas, quae huic vocabulo copulatae sunt, digerere, & suum quamque in locum ita distribuere. Praecipi-

B

tatio-

10 *Dissertatio inauguralis medico-chemica,*

tationis vocabulum latissime si sumitur, quam-
cunque denotat separationem duorum antea coin-
mixtorum corporum, ita ut separationem arenas,
vento agitatae, inque aërem sublatae ac dissipatae,
vel etiam terrae cum aqua commixtae, complecta-
tur. Proprie si accipitur, separationem designat
partium, qua talium, ex solutione. Hanc recentiores
fere omnes serena fronte amplectuntur. Charac-
tem vero, *qua talium*, eo consilio definitioni no-
stra ex attexendum putavi, ut cuidam instantiae, quam
quis contra hanc definitionem formare posset, oc-
curram. Facile enim quispiam insurgeret, dicendo:
Liquores secreti in vivo animali corpore iridem ex
fluido separantur, quum haec actio praecipitationis
nomine haud venire soleat. Quid? quod omnis
analysis chemica fluidi cuiuslibet varie compositi,
quae ignis beneficio contingit, similiter hoc pacto
esset praecipitatio; quod tamen ab usu loquendi,
in Medicorum scholis hodie recepto, longissime
recederet. Qua ex re consulto hoc charactere,
qua talium, in nostra definitione sum usus, ut haec
non subordinata definitione nostra excluderem.
Hanc igitur definitionem semper hac dissertatione
intellectam velim, de praecipitatione loquuturus.
Paulo strictius denique accepta vox istam denotat
speciem, ubi ex solutione separatum proprio pon-
dere subsidet, quo sensu Pharmacopolis & in vita
communi usurpari solet. Possem heic, si va-
caret & collibret, in enarrandis aestimandisque
aliorum definitionibus diu commorari, censu-
re

de Praecipitatione chemica generatim considerata. **II**

rem criticum earum acturus, aut alias definitio-
nes, modo heic datis bonitate haud sane inferiores,
suppeditare, nisi maiora potioraque nobis restarent
prosequenda, quae proinde iam ulterius percurrere
maius erit operae pretium, quam inanibus verbo-
rum inhaerere.

§. II.

Ubi cunque igitur separationem quandam par-
tium, qua talium, in solutione antea contentarum,
deprehendimus, ibi quoque factam praecipitatio-
nem esse, nobis licet affirmare tutissime. Posito
quippe eo statu, qui characteres praecipitationis
chemicae essentiales constituit, ipsam quoque praecipi-
tationem esse factam, affirmari necesse est.

§. III.

Separatio autem mihi est existentia partium extra
nexum suum pristinum. Ergo praecipitatum atque
illud ex quo aliquid praecipitando deicitur, in nexus
qualicunque antea fuisse, necesse est. Hinc diru-
ptio seu sublatio huius nexus & diversus iste modus
hunc exsolvendi, designabunt quoque nobis varios
istos alias praecipitandi modos, quibus solutum ex
suo menstruo deiciendum est. Determinatur vero
iste nexus per ideam *salutionis*, cuius characteres
nunc evolvendi veniunt.

§. IV.

Partes qua tales quid hic sibi velint, iam §. I. haud
obscure significavi, nec rationem tacitus praeterii,
cur eas arctioribus terminis seu limitibus circum-

B 2

scri-

I2 *Dissertatio inauguralis medico-chemica.*

scripsierim. Quam vero multisariam ipsae istae partes, per se spectatae & relative consideratae, variari queant, ex postea dicendis dilucebit.

§. V.

Quum omnis praecipitatio ex solutione oriatur, spectatissimum cuivis erit, nos verum praecipitationis sensum minus esse consequuturos, nisi experiverimus ante, quam ad eam deveniamus, quid *solutionis* nomine nobis intelligatur, quam proinde contemplari, quoad eius instituti nostri ratio postulaverit, operae pretium esse duco. Enim vero quemadmodum non omnium Chemicorum idem est & communis de praecipitationibus conceptus: ita nec eadem omnium de solutione deprehenditur esse sententia. Nobis ea generatim considerata, intelligitur quaelibet solidi cum fluido mixtio intimior. Proprie vero sumpta, est receptio particularum alterius corporis in interstitia fluidi cum sustentatione earundem. Quod hi characteres ad unum omnes in unaquaque solutione semper obvii & praesto sint, non sane ullo negotio per inductiones probare possem, si usus esset; sed quoniam haec satis nota vel certe intellectu facillima sint, hoc labore superseedebimus. Id tamen monere B. L. censeo, me in commemorata definitione omisisse resolutionem corporis solvendi, qui tamen character est essentialis omnis solutionis atque inseparabilis; quia alias receptio particularum in interstitia fluidi & sustentatio carum esset impossibilis.

Quin

Quin etiam quum resolutio sit genus, & quaelibet definitio formanda, Logica ita iubente, semper ex genere & differentia specifica constare debeat: facile quispiam mihi obiicere posset, meam definitionem praeceptis logicis non convenienter esse conditam. Sed regero, resolutioni esse quidem solutionis characterem, haudquaquam vero genus proprium sumtum; ex effectu enim resolutionis sequitur tantum possibilitas solutionis. Nam est praecedens status, qui ex parte rationem ipsius solutionis sufficientem continet; at vero nondum sequitur: quia eius mentio facta non est, ideo definitionem nostram latiorem esse, nec per se sufficientem ad ea, quae infra dici oportet, inde cognoscenda. Quis enim unquam defendendum sibi suscipiat, omnem characterem rei perpetuum semper debere ingredi definitionem? Si hoc, statim abundans evalura esset notio definitiva, quod regulis logicis, de definitione condenda, repugnat. Videas igitur, nos nostram definitionem etiamnum fartam testamque & ab omnibus obiectionibus sati tutam habere.

§. VI.

Ex iam dictis igitur liquido apparebit, necesse esse, ut quodvis praecipitandum antea in fluidi cuiusdam interstitia sit receptum, in iisdemque sustentatum. Nisi enim hoc praecesserit, non sane ulla unquam fiet praecipitatio proprie sic dicta.

B 3

§. VII.

§. VII.

Quum quodvis & qualemque praecipitandum, in quadam solutione qua tale inhaerere & contineri debeat; clarissime apparebit, illud non posse ex solutione praecipitari, quod ei non inest.

§. VIII.

Separatio ista, quaenam menstrui ope peragenda est, supponit dissolutionem seu sublationem nexus istius, quo partes solvendae antea fuerant inter se copulatae & coagmentatae: nexus ergo hic, qualis, constituit essentiam solutionis, in quantum determinatur per receptionem & sustentationem solvendi. Qui ergo sublatus tollet simul essentiam solutionis. Hinc facta praecipitatione nulla talis amplius supererit solutio, sicuti erat antea.

§. IX.

Nexus iste solutionem determinans erit accidentalis, prout omnis mundanus contingens nobis esse observatur. Possibilitas proinde eum tollendi negari nequit; quia ab esse ad posse utique consequentia valet. Partes itaque in solutione ita esse debent comparatae, ut denuo separari queant.

§. X.

Partes in solutione contentae specifico quodam charactere insinuantur, quem hec praetermittere nefas est. Experientia nimurum nos docet, partes, menstruo innatantes, esse invisibiles; sed praecipitatione peracta rursus sub oculos cadere. Hic solu-

solutionis character tam perpetuus atque immutabilis esse advertitur, ut nec adeo absurdum foret eius definitionem ab eo petere dicendo: *Solutionem esse receptionem & sustentationem partium, obtutum oculorum fugientium: atque e contrario praeципitationem esse restitutionem visibilitatis partium in solutione contentarum.* Ceterum huius characteris annotatio multi omnino usus est, dum inde diversas solutionum & praeceptionum qualitates depromere & a posteriori cognoscere valemus.

§. XI.

Iam vero quum' praeceptionio omnis sit quidam effectus; effectus vero sine causa nec ulla cogitatione quidem unquam comprehendendi queat: hinc etiam illa suis utatur causis & modo fiendi omnino est necesse. Quae proinde causae non aliunde peti depromique possunt, nisi a circumstantiis & mutationibus illis, quae solutionibus eveniunt, dum praeceptionio hisce contingit; quarum proinde contemplatio nobis eas suppeditabit.

§. XII.

Quodlibet consequens connexorum semper rationem habeat sufficientem, saltim partiale, sui status in antecedentibus, oportet. In nostro ergo casu, ubi causae & modus fiendi praeceptionis (utpote quae sufficientem praeceptionis rationem continent,) exploranda nobis sunt & indicanda, solliciti duntaxat esse debemus de statu praegresso, nempe

16. *Dissertatio inauguralis medico-chemica,*

nempe de solutione (§. VI. VII. VIII.), ut causas etiam, inde pendentes, perspiciamus.

§. XIII.

Solutionis idcirco ingenium nobis sollicitius venit perscrutandum: quo perspecto & cognito sua veluti sponte patebit, agendum quid nobis sit, si eius oppositum, id est, praecipitationem, hoc loco omnium oculis & mentibus illustriore declaratione subiicere perspicendum cupiamus. Quo nomine ex usu erit ad diversos istos soluendi modos, & veras solutionis species, animum attendere. Quae proinde iam, quam brevissime potero, exponere mihi animus est.

§. XIV.

Quum omnis solutio absolvatur receptione particularum alterius corporis in fluidi interstitia & sustentatione earumdem: nobis potissime respiciendum est primum ad ipsam receptionem & modum fiendi; deinde ad fluidum seu solvens, in cuius interstitia recipitur; tum ad rationem illam seu modum, quo recipit & sustentat; & postremo ad ipsas receptas & sustentatas in menstruo partes.

§. XV.

Quoniam binae tantummodo animadvertuntur solutionum species, longe dissidentes inter se ac discordantes; perspicuitatis ratio exigere videtur, ut, priusquam ad ipsam rem explicandam ingrediatur, Lectori praecipiam, quanam de solvendi specie heic dicere mihi proposuerim? Partes quippe

pe solutae vel eiusmodi sunt, ut suo toti omnibus qualitatibus quam simillimae & maxime geminae, si a magnitudine discesseris, esse deprehendantur: vel aliusmodi sunt totique suo omnibus proprietatibus dissimillimae. Si prius, *solutio audit superficialis* sive *communis*; sin vero posterius, *radicalis* ea sive *intima* vocatur. De priore solum heic nobis sermo est, posteriorem relinquentibus Alchemiae, nihil ad nos spectanti.

§. XVI.

Videor mihi rectissimam ingressurus viam ad characteres universales & fiendi modum deveniendi, si varias singulares solutiones in medium adduxero, atque ex iis deinde, inter se collatis & curatissime expensis, abstrahendo effecero, quicquid omnibus solutionibus commune sit inque universum conveniat. Ne vero nimia obiectorum multitudine obruamur, expedit partite procedere, a diversis fluidis solventibus telam orationis exordiendo, ac ne quid, quod ad rem clarius perspiciemus pertinet, a nobis praetermittatur, primum *fluida* nobis cognita *simpliciora* perlustrabimus, dispiciendo, utrum quid solvant, nec ne? deinde ad *composita* sumus progressuri: ex iis enim, prudenter inter se comparatis & ad verum exactis, nullo negotio confici cogique poterunt, quae scopo nostro inserviunt.

§. XVII.

1) Aqua pura simplex, qualiacunque solvit salia, quae sibi suaeque ipsius naturae sunt relicta, tum simplicia, tum composita, fixa aequa ac volatilia,

C

ut

18 *Dissertatio inauguralis medico-chemica,*

utpote quae minutatim in se recipit ac recepta sustentat, ut & saccharum.

2. Aqua huiusmodi solvit gummata vegetabilium sibi relicta, & animalium glutina: sulphureas vero horum partes connexas relinquit intactas.

3. Similibus dotibus aqua per se non solvit partes quaslibet terreas, nec ulla vitri cuiusdam, proprie sic dicti.

4. Aqua pura per se metalla non solvit.

5. Iстiusmodи aqua nee solvit per se partes solidas constitutivas, neque vegetantium, neque animalium, quae non sunt salia aut gummata; nec aerem, neque ignem, quatenus est fluidum, nec mercurium.

6. Ignis non solvit neque partes salinas, neque gummofas, neque sulphureas, neque terrestres, neque metallicas, nec elementares vegetabilium & animalium: resolvit quidem & mutat haec omnia; at ea non in se recipit & sustentat. Recipit quidem, quatenus est penetrabile parum cohaerens fluidum; non vero minimas insensibiles partes in sua interstitia figillatim recipit, sicuti in solutione fit. Ignis non solvit aquam, at resolvit; nec aerem, sed expandit.

7. Aer purus, sibi relictus, nihil dictorum omnium solvit.

8. Aqueas vero, ope ignis resolutas atque extircatas partes, imbibit & recipit; ut & sulphureas & salinas, aliorum nexus resolutas & liberatas, sibi relictas.

9. Mer-

9. Mercurius solvendo metalla in se recipit quam plurima: an vero omnia, id etiamnum dubitatur, ob ferrum vix ei sociabile. Solutio haec vero *amalgamationis* nomine in foro medico cieri solet.

10. Hydrargyrum partes terreas constituentes animalium ac vegetabilium non solvit; neque sales quoscunque, gummatas, resinatas, sulphura, vitra, ætra atque ignem solvendo subigit.

11. Aqua simplicissima, sulphureis intime coniuncta & coalita, nomine *spiritus vini* satis nota, solvendo recipit partes sulphureas, resinatas, vegetabilium, animalium & metallorum; velut castoreum, moschum, Zibethum, olea qualiacunque destillata essentialia, aloë, myrrham, scammonium, aliaque id genus; item ambram, succinum, quin etiam ipsum antimonii regulum, variis salibus liquatum, cuius testis est tinctura antimonii regulina.

12. Aqua pura, cum sale quodam ante commixta, sulphureo-oleosas partes resolvere ac recipere solet; qua ex miscela ita dicti sapones, tum naturales, tum artificiales, emergunt.

13. Aqua, salinis acidis nupta, solvit omnia metalla, cunctas terreas partes, qua tales, sales alcalinos.

14. Aqua cum salinis & sulphureis simul coniuncta & consociata, solvit metalla, terreas & sulphureas partes. Argumento esse potest solutio cupri, cum spiritu salis armoniaci facta, cui sulphurae, saline & aqueae insunt. Sic spiritus salis armoniaci simplex solvit olea destillata.

§. XVIII.

Ex hisce, iam in medium prolatis, clarissime elucebit, quae quibusque & qualibuscunque solutionibus sint communia. Etenim observando notamus: 1) Fluida esse media, vel, si mavis, instrumenta, quibus solutiones peraguntur: quae ideo hoc respectu nominantur *menstrua*. Sicca menstrua per relationem ad futuros possibles effetti sic dicuntur improprie: namque si ope ignis fluida fuerint reddita, demum ut menstrua sunt spectanda. 2) Dicta menstrua esse semper leviora ipsis corporibus solvendis, per n. 1. 2. 8. 9. 11. 13. 14. & quod fluida, quae sunt graviora ipsis solvendis, solutionem non praestent, numeri 3. 4. 5. 6. 7. 11. perspicue docent. Fluidis graviora vero hic dicuntur, prouti sumi solvent, ea, quae in fluidis subsident. Ex dictis ergo patet, solvenda in fluidis solventibus debere subsidere: salia proinde & gummata in aqua; aquea & ignea in aëre; resinas in spiritu vini; metalla & terrea in liquoribus salinis; metalla sola in mercurio subsidere. Posset quispiam mihi hic adversari, dicendo: me pro lege, quam mihi met ipse praescripsi, suscipere, quod omnia solvi possint, quae in fluidis subsident; iam vero sensuum fide nos edoceri, quod vitrum, variae terrae, metalla, solida constitutiva vegetabilium & animalium, in fluidis, velut aqua, aëre, cetera, subsideant; adeoque ea ab his necessario solvi debere. Quum vero hoc non fiat, ideo falsam esse hanc legem meam. Sed eam sub reciprocatione omnimodo valere, ego non-

nondum dixi. Fluida, quae solvunt alia, debent esse specifice leviora, hoc est, omnibus iis competit is character. Verum hoc non est propemodum idem, ac si dixisse: omne fluidum levius solvit corpus gravius. Prædicatum enim data in lege est idea longe patentior & amplioris ambitus, quam ipsum subiectum eius. Ergo convertens propositio conversione per accidens adversario meo exstruenda fuisset; non autem per conversionem simplicem, ut ei placuit. Quod vero fluida eiusmodi, qualia ego ad alia corpora solvenda paulo ante necessaria esse perhibui, non indistincte ac promiscue cuncta solvendo subigant, id inde accedit, quoniam unius rei plures possunt esse causæ; & quoniam quaelibet actio per reactio- nem seu resistentiam aliter determinatur. Sequitur ergo, ut etiam heic tale quid subesse queat, qualia sunt: 1) nimia gravitas specifica, & 2) nimia partium cohaesio inter se, ex priore hoc charactere pendens; 3) nimia soliditas, ut in vitro. Numerus vero 10. & ex parte num. 9. huic regulæ non consentiunt; ast per fallaciam sensualem hoc accedit. Nam metalla, numero 9. commemorata, omnia actu sunt graviora mercurio, & hic, relatione ad ista metalla, est specifice levior: at vero quia solida, sicuti sunt metalla, possunt esse, & reapse etiam sunt, porosa; fluida vero non item, praeter suam essentiam, hinc relative maius spatiū occupant, & specifice leviora tantum apparent, non vero sunt. Etenim partes, semel unitae mercurio, id est, in amalgama reda-

C 3

ctae,

etiae, si, expresso superfluo mercurio, in eundem rursus fuerint demersae, omnes subsident, certo indicio maioris gravitatis specificae earundem. Quod ad num. 12. attinet, olea sulphurea, pinguia, sebacea, cetera, quidem sunt actu leviora, quam aqua; ast, qua talia ab aqua pura non solvuntur. Hic inquires: si aqua gravior est reddita; sed de simplici & unica solutione huc usque loquuti sumus, in hoc autem numero occurrit duplex solution; ergo ab hac ad simplicem non tuto concludere licet. Olea enim, qua fluida, vel pinguia, sebacea, igne colliquefacta & fluida reddita, sunt specificie leviora, quam salia in aqua contenta; ergo olea solvent primum salia ex aqua. Hoc mixtum dein ab aqua specificie iam leviori solvi potest. Liquido hoc apparet, si liquori cuidam alcalino oleum quoddam caute ac pedetentim superfunditur, sine ulla nec minima vitri agitatione, tum deprehendes, primum omnium oleum hoc, qua parte liquori proximum est & contiguum, colore suum mutare & pelluciditatem, id est, motu ibi intestino cieri, ipso liquore subitus haerente immoto. Quo ergo maxime perspicuum est, oleum esse illud fluidum, quod omnium primum solutionem expedit, & quidem, secundum supra datam regulam, partem specificie graviorem aggrediendo solvit; deinde vero demum totum mixtum sensibiliter turbidum reddit inque saponaceum abit laticem. Ut igitur mihi de veritate huius theses magis certum esset, sequens adornavi experimentum. Vitro cui-dam

dam crystallino indidi salis pellucidi 3*n.* 3*r.*; quibus superingessi sic dictum oleum tartari p. d. & olei amygdalarum dulc. recent. gutt. XX. atque eandem animadverti mutationem; semel tantum facta eorum miscela per lenissimam externam agitationem: oleum quippe, continuo superiora liquidi occupans, in superficie sua inferiore, lixivio infra natanti contigua, colorem induebat obscurius albicantem velutique spumantem. Quo contingente, statim omne oleum supernatans siphone quoqiam de subnatante liquore abstuli. Cui denuo tantundem olei amygdalar. superfudi, quod pariter siphone, ut antea, indidem deplevi: rursus similem portionem olei amygdalar. de integro instillavi, &, aequa ut antea, de hoc liquore hausi, sic que oleum affundere & rursus inde exantlare perrexি tantisper, dum binas eius drachmas obtinerem. Depletum hoc oleum omne, in vitro collectum, asservavi. Examinato autem liquore isto alcalino, de quo oleum istud sustuleram, deprehendi eum pondere leviorem dimidio esse factum: olei contra depleti quantitatem pondere tantundem accrevisse. Praeterea oleum hoc omnino turbidum & albicans quidem, sed obscuri coloris atque omnis pelluciditatis exsors erat. Postquam aliquantisper, circiter horam, stetisset, in eius imo separatus quidam liquor perspicuus quidem, sed aliquantulum fuscus, comparebat, qui, linguae admotus, plane salvi erat saporis. Reliquum huius liquoris, oleo inflatans, colorem omnino album, vix a quadam spuma ablu-

den-

dentem, sed opacum, referebat; laticem hunc degustatum longe minus salsum eo, qui subitis haerebat, comperi: neque in eo, quantumvis perdiu quieti fuerit commissus, quicquam mutationis amplius observando notavi. Ego, colore eius obscurae albicante allectus, liquorem hunc microscopio sum consequutus, quem ex variis & diversis partibus, velut ex multis sinceris oleosis aliisque salinis, iam, ut videbatur, commixtis, constare conspiciebam, quae posteriores innumeris vesiculis proxime accedebant. Explorandi causa quid indolis hisce vesiculosus particulis esset, aquam affudi mundam, quo facto, armatis oculis clarissime videbam, quem admodum dicta vesiculosula corpuscula arctissimam cum aqueis coirent societatem, relictais oleosis illis, quae immutatae huic lixivio innatabant, argumento luculentissimo, alcali ex oleo tartari esse solutum & a parte oleosa amygdalina receptum. Patetne ergo hinc apertissime, partem salinam ex liquamine tartari ab oleo esse solutam; hincque olea ista, siphone liquori ademta & deinceps collecta, in saponem quemdam abiisse? Multa alia eiusdem valoris experimenta proferre possem, si temporis & instituti ratio ferrent. Sed haec hactenus.

§. XIX.

Quos nunc tradere placet *solutionum characteres*, illi quidem ex supra §. XVII. prolatis verbis non *in iuris* flunt, veruntamen ex ipsis experimentis, heic generatim expositis, videlicet: a) Corpus solvendum in minimas partes a fluido solvente dividi debet,

bet, ita ut eo charactere, quem §. X. significavi, sint insignitae. Hinc licet nobis hanc legem constitutere, ad quam omnem solutionem exigere possumus: *Quamdiu corpus solvendum in tam minutissimas moleculas & talibus dotibus praeditas nondum fuerit diffusum, quam isthic perhibui: tamdiu quoque solutio nondum fuerit omnibus numeris absoluta.*

§. XX.

Neque obstat, quamvis solvens limpidissimum & pellucidum, solutione peracta, saepe colore sive obscuro, sive alio, tinctum observetur, quo minus nostrae legi sua veritas constet: liquet enim inde, partes visibles actu adesse. Nam per totum mixtum quidem transitus radiorum lucis hic infringitur & mutatur; attamen partes, interstitia menstrui repletentes, & radiorum transitum impedientes, nondum reflectunt tot radios, quot, ut distincte conspici queant, requiruntur; hinc partes nihilo secius manent invisibles, quae summa parvitas & tenuitas partium est character, quippe sine qua nulla receptio nec sustentatio fieri possent.

§. XXI.

β) Solutionem longe citatius succedere, si fluido solventi ignis admovetur, qui, quatenus admodum subtilis & motu agitatus, penetrationem & motum resolutarum partium, perfluidum solvens, mirifice intendit atque auget: Quid? quod ipse ignis per se sus-tentationem partium, solventi inducetam, conservare valet, ut videre est in evaporatione affecta &

D

magna

magna ex parte iam confecta lixiviorum, ubi contenti sales, ex solutione exeuntes, amissio calore, in superficie lixivii in minutis conglaciantur. Hinc quoque est, cur salibus crystallisandis frigidus semper locus eligi solet, quo haec operatio melius procedat; quod, remota causa, ipsum effectum cessare, neccesse est. *¶* Quoniam universa, quae existunt, omnimodo determinata sunt, erunt & vires solventes huiuscemodi. Hinc a priori patet, quod quaelibet determinata fluidi solventis quantitas nec ullam, nisi determinatam quandam ac proportionatam solvendi corporis quantitatem capere ac solvere valeat; qua recepta, nihil amplius admittit: atque e contrario, quamcunque determinatam molem corporis solvendi semper requirere determinatam ac proportionatam menstrui solventis copiam, qua deficiente sufficienter ac perfecte solvi nequit. Eiusmodi solutio, cuius solvens tantum solvendi recipit, quantum capere & continere valet, *saturata appellatur*, non vero perfecta: potest enim etiam nunc tum perfecta, tum imperfecta esse.

§. XXII.

Quia vero quodvis corpus sua ipsius utitur determinatione, ab omnium corporum disiunctissima loquente principio indiscernibilium; quodlibet etiam fluidum, cum quolibet solvendo alio connexum, aliam require rationem molis. Atque hinc est, cur aquae $\frac{3}{2}n.$ duntaxat nitri $\frac{3}{2}\beta.$ solvere valeant; quam eadem haec aquae quantitas $\frac{3}{2}n.$ salis

com.



communis absorbeat. Imo tantundem aquae solvit aluminis 3ii. Et sane mirum est conceptu, solvens quoddam rei solvendae plus haud insolenter suo complexu coercere & continere, quam ipsum ponderat: id quod sane nemini integrum esset a priori eruere, nisi experientia nos huius rei fecisset certiores, cuius vero unicum duntaxat huc usque cognitum datur experimentum. Observamus nimirum, sacchari 3iv. in aquae 3ii, commode solvi, sed gemina heic contingit mutatio atque operatio; aqua enim tum liquat, tum solvit saccharum, ad quem priorem effectum longe minus fluidi est opus, quia heic sustentationi nullus est locus: ipsum praeterea saccharum plures adhuc foveat aquas partes, sicuti omnia per crystallisationem genita corpora.

§. XXIII.

¶ Quando duo corpora concurrunt, semper maius occupabunt spatium, ob extraseitatis rationem, universis corporibus communem; nisi forte unius corporis interstitia satis magna & patula sint, partes vero alterius corporis sat exiguae, ita ut haec illa commode intrare possint, hacque ratione in dictis interstitiis reconditacherre, quo in casu pristinum prioris & recondentis corporis spatium actu non augerent.

§. XXIV.

Modo dicta & in solutiones aptissime convenire & iustissima ratione iis applicari posse, quatenus vel

D. 2

heic

hiec duo corpora concurrunt, non facile quisquam in dubium incertumque vocare fuerit ausus. Ergo solvendum corpus vel est tale, ut post praeviam resolutionem in interstitiis solventis omnino recondi & haerere queat: vel tale est, ut resolutum in eius interstitiis haerere plane nequeat, sed, praeter illa, maius spatum occupet. Si prius, solutio seu fluidum, ex solvente & soluto compositum, post solutionem idem occupabit spatum, quod menstruum solvens ante peractam solutionem replebat. Cuius rei exempla reperimus in solutione mercurii per aquam fortē, ut & salis tartari per aquam simplicem; si vero contra posterius, solutio tale occupabit spatum, quod duo ista corpora, solvens & solvendum, impleverint, sibi tantum relicta & modo quam proxime coexistētia. Id quod nobis quotidie spectare licet, dum saccharum in aqua, aut Camphoram in spiritu vini solvimus.

§. XXV.

) Partes, quae solvendae sunt, resolvi debent in quam minimas possunt. Sed haec resolutio vel sub ipsa contingit solutione, vel non. Si posteriorius, aut arte comparata est, aut iam naturaliter praestō fuit. Terni hi casus designant tempus illud, quo peragi & confici solutio potest. Quodsi enim ipsa sit resolutio a solvente, plus temporis exiget solutio, quam si materia solvenda antea fuerit comminuta; & si antea quidem, sed arte, fuerit resoluta, nunquam tamen ad solutionem subeundam & susti-

sustinendam tam apta erit, quin ulterior resolutio, a solvente perpetranda, plusculum temporis semper requirat: sin vero natura resolutionem efficit, ipsa solutio citatissime succederet. Eiusmodi vero corpora, natura effectrice in minutissima, quae separatim sibi coexistunt, resoluta, nobis nomine fluidorum veniunt. Ergo fluidorum erit mixtio omnium citatissima. Variat porro tempus, solutione ipsa consumendum,

- a) pro diversa corporis solvendi resistentia;
- b) pro gradu activitatis menstrui;
- c) pro quantitate menstrui, vel abundante, vel sufficiente, vel etiam deficiente;
- d) pro qualitate menstrui, resolvendo plus minusve accommodata & appropriata; cetera.

Ecce iam tibi 1. quoisque, 2. quibus mediis facilius, 3. quibus quantitatibus, 4. quo sub spatio & 5. quo in tempore solutiones corporum peragi soleant. Restat iam nobis *fiendi modus* considerandus, quem nunc specialius persequi operae erit pretium.

§. XXVI.

Modum fiendi iam ex dictis traditurus, ad *charakteres essentiales*, in definitione significatos, ordine nunc exponendos ingrediar, & quae ad quemvis efficiendum faciunt, ostendam breviter.

§. XXVII.

Quod igitur ad *modum recipiendi* sive *receptionis* attinet, supponit is mixtionem & motum per totum

D 3 men-

menstruum solvens diffusum; quin imo admissio-
nem intra minimas quasque particulas & praegress-
sam resolutionem; vid. §. V. Menstruum proin-
de & solvendum debent esse in contactu: &
quoniam unum altero est levius (§. XVIII. n. 2.);
hinc unum alteri adhaerebit, quae adhaesio sola
vera & unica est ratio modi fiendi solutionis pro-
prie sic dictae. Ex hac enim adhaesione nascitur
& ipsa solvendi resolutio, & admissio particula-
rum intra fluidum solvens, & motus particularum
admissarum in interstitia fluidi, vel saltim intra
partes menstrui. Eadem haec est quoque ratio
fustentationis, de qua infra. Impetus vero exter-
nus & pondus non possunt esse causae receptionis in
solutione proprie appellata; cuncta enim relata ab-
solvuntur sine ullo impetus externi subsidio, quod
quotidiana experientia docemur, si solutiones in
vitris sive vasis immotis, nulla nec minima agita-
tione externa accedente, peragimus: & quando
etiam solutio quaedam, externo impetu adiuta, ob-
tineatur, ea tamen non est proprie talis seu natura-
lis; unde etiam perraro partes eius commixtae ma-
nent, sed a se mutuo recedentes ex solvente rur-
sus decidunt. Interim non omnino potest negari,
quin externus impetus aliquid conferre possit ad re-
solutionem facilitandam & accelerandam, quatenus
i. eo partes celerius in contactus, eosque copiosio-
res, aguntur, quam si absque eo fuissent, siveque ad-
haerent & agunt multo plures simul; unde necessi-
tario maior effectus, id est celerior solutio, subfe-
qui-

quitur; 2. quatenus sic partes resolutae satisque divisae subito per totum agitantur fluidum, celerior fieri potest receptio, quam si lentissimo ex adhaesione motu eadem peragi debuisset. Quoad sustentationem vero nihil confert, quum, si cessat, ipsum effectum etiam, seu, per hypothesin, sustentacionem heic cessare, necesse esset; quod tamen in perfecta solutione nunquam contingit; ergo nec impetus iste causa sustentationis unquam declarari poterit, nisi forte temporaria. Quod pondus vero concernit, hoc tantummodo agit in directione ad centrum terrae: hinc quatenus penetratio fit ad resolutionem, hac directione, aliquid adiumenti adferre posset; sed quoad motum, sursum tendentem, & pendentium inde partium receptionum rationem, quia est actio, directioni essentiali opposita, eius causa agnosciri nequit; neque sustentationis per se. Quousque haec resolutio & penetratio pergant, inque quas se partes diffundent, iam supra per hypothesis satis declaravi, videlicet in similes duntur & invisibilis.

§. XXVIII.

Iam veniunt *partium mutationes* exponendae, quas heic esse dividendas dixi minimas. Possunt haec vero huiusmodi esse vel ante, quam solutioni adhibentur, vel non. Priori casu vel iam naturales sunt, vel deinceps ita praeparatae. Natura nobis has suggerit *fluidorum* nomine; arte vero multis modis eas extenuare seu minutissime quimus diffindere, prout conditiones id patiuntur atque

exi-

exigunt. Solida enim contundendo diffinguntur & pulverantur; duriora calcinantur, ut in pulveres redigi queant; metalla mallei istibus in lamellas diducuntur, aut in ramenta rediguntur, vel igne funduntur. Vegetabilia minutatim consecantur, aut exsiccata in pulverem convertuntur, vel contundendo praeparantur, aut aqua, spiritu, oleo, cetera, macerantur & emolliuntur. Idem quoque hoc de animalium partibus valet. Quodsi vero astiusmodi partes ante solutionem non fuerint comminutae, aut in pulverem contritae, sive in minutissimam redactae, id menstrui ope demum sub solutione fieri debet; quo in casu vel menstrua simplicia huic scopo consequendo satis erunt; vel non sufficient. Si posteriorius, concinnanda sunt menstrua ex efficacioribus & activioribus, quo promptius solvenda aggrediantur. Exemplo nobis, in quo haec animadvertere licet, esse possunt solutiones metallorum, a spiritibus acidis factae, ubi salia acida penetrant & resolvunt, quatenus activiora sunt; e contrario vero aqua duntaxat recipit & sustentat. Si resinas solvere cupimus, aqua subtilibus sulphureis paucisque salinis antea est acuenda; quae cum spiritus vini mixtionem ingrediantur, hinc est, cur eum resinosis solvendis adhibeamus.

§. XXIX.

Generatim vero haec divisio & resolutio plurimum augetur ope ignearum, quae 1) qua levissimae, omnibus adhaerent corporibus; 2) qua subtilissimae

lissimae; quoquo versus ad penitissima & minutissima quaque penetrant: unde particularum impediunt & imminuant contactum, quo penetratio, separatio & resolutio admodum facilitantur; 3. quatenus in motu sunt, motum fluido solventi incutient; hinc efficiunt, quae praecedente §. XXVII. de impetu externo commemorata leguntur; 4. quatenus aëris elasticitatem augent, qui, ita se expando, corporum particulas a cohaesione expedire, vique satis magna avellere multum valet, itidem resolutioni subsidio veniunt.

§. XXX.

Divisio ipsa partium solvendarum usque eo continuanda est, dum ad minimas quasque pervenit fuerit, tantillas tamque exiles, ut oculorum aciem plane eludant, atque intra menstrui partes receptae ac reconditae commode haereant & ab omni inter se cohaesione expeditae liberataeque sustententur, id est, earum pondus debet esse minus ipsa partium cohaesione, quae huic tantum resistit, alias sustentari non possunt: a magnitudine enim pondus varium pender. Quo subtilius vero est corpus solvendum ante solutionem; quo curatius id praeparatum; quo efficacius etiam magisque actuum est menstruum & quo magis appropriatum; quin etiam quo minus corpus resolvendum penetrationi & resolutioni resistit: eo facilior quoque & celerior succedet solutio.

E

XXXI.

- illuminis & similis. XXXI.

Iam quoque nobis perlustrandum est *solvens*, seu *menstruum*, quale sit & debeat esse, quidque praestare ac efficere valeat? Quid illud sit & quomodo solvendum resolvat in partes minimas, ex §. XXVIII. satis perspicuum esse arbitrii. Ut autem hoc praestare atque expedire queat, necesse est, ut ne sit nimis viscidum nec tenax per se. Quod si enim menstruo solventi penetrandum est in solvendi corporis interstitia, eidem resistentia aliqua a solvendo obicitur superanda. Si proinde eius particulae nimum inter se cohaerent, hoc est, si nimis viscidum existit, haec resistentia ipsi prius venit superanda, quam alteram, ab ipso corpore solvendo ei obiectam, subigeret & vincere valeret. Ergo hac ratione duplex resistentia menstruo esset expugnanda. Quo maior enim est resistentia, eo minor semper est actio; ergo heic resolutio & solutio. Ipsa res in exemplo clarius apparebit. In comperto est, spiritum flammiscum aegre argentum solvere & cuprum, quia ob concentratas salinas graviores partes, in eo contentas, menstrui partes nimum inter se cohaerent; quo praecclare tradita nostra theoretica explicatio a posteriori probatur: si enim aqua simplex sufficiente copia eidem huic spiritui nitri assunditur, iucundo spectaculo videbis, quemadmodum is ea metalla, velut argentum & cuprum, quae antea solvere recusabat, iam solvat, quum tamen hac aquae affusione nihil aliud obtineatur, quam quod salia concentrata diluantur; unde cohaesio

sio eorum minuitur, adeoque causa visciditatis tollitur in menstruo. Hinc etiam est, quod menstrua per se insufficientia ad solutionem peragendam, talia reddantur ignis vi, quippe qui partes menstrui cingendo, earum contactum impedit sivevisciditatem tollit. Cuiusmodi quid in solutione metallorum quorundam, ab oleo vitrioli glaciali per torturam ignis facta, notamus, quod alioquin ea non eousque solvit. Inde etiam explicandum est, quare aqua, gummosis partibus scatens, si ad praeparationem atramenti communis dein reliquae species sumuntur, solutionem earundem non adeo perfectam efficiat, ob easdem modo dictas causas.

§. XXXII.

Fluidum solvens porro est vel *simplex*, vel *compositum*, prout usus fuerit. Character compositi, quod illud non sit nimia visciditate & tenacitate praeditum, iam exppositus est. Supersunt ergo de quantitate quaedam hec loco nobis duntaxat enarranda. Est enim, in relatione ad quantum solvendi, vel *sufficiens*, vel *abundans*, vel *deficiens*. Prius est, si tot adsumt partes, quot requiruntur ad resolutionem, vel receptionem, vel sustentationem: abundantes sunt, si vel resolutionem, vel receptionem, vel sustentationem efficientes afflunt: deficientes ex opposita ratione fatis patent. Primo casu resolutioni utique evadit perfecta: sed altero in casu ea succedet citior, quam in primo: quo maior enim causa, eo maior quoque est effectus; nam hic longe plures partes possunt agere versus solvendi partes;

E 2

hinc

36. *Dissertatio inauguralis medico-chemica,*

hinc ex plurimis & oppositis plagis simul fit penetratio; ergo longe facilior partium & citior separatio sequatur, omnino necesse est. Quae quoad receptionem abundant, efficiunt, ut semper, quadam parte solvendi iam soluta, adhuc sufficientes adsint liberae partes menstrui, quae nondum cum solutis cohaerent; hinc ad continuandam resolutionem & solutionem aptae existunt. Eadem maior menstrui quantitas, in eodem vase contenta, maiorem habebit altitudinem, quam minor: sed quo altior haec, eo erit gravior qualibet eius columna; hinc eo magis premet in resolvendum corpus infra positum seu situm; ergo fortior consequetur penetratio, quae fit in linea directionis actionis ponderum. Quae tandem quoad sustentationem abundant, illae eo perfectiore inducunt solutionem, nec permittunt, ut partes brevi post rursum ex solutione decidant; id quod haud raro fit, si solventis quantitas vel insufficiens est, vel si, post solutionem, quedam menstrui pars evaporando afferatur. Impedit etiam alio insuper modo quantitas sustentantis abundans hanc separationem, quatenus hinc partes solutae, in fluido suspensae, in contactum pervenire nequeunt: sufficientia enim praestato sunt spatia, ita ut qualibet particula suum proprium seorsim possit occupare. Si enim se invicem contingunt, coëunt, & maius spatum occupant; unde ex sublato aequilibrio orietur separatio, & maius pondus adipiscuntur, quam partes superare pro earum cohesione valent, unde est, quod decidant.

§. XXXIII.

§. XXXIII.

Sustentationis partium solvendi corporis quae differentiae specificae & modus fiendi, ex parte iam supra tradita sunt, quatenus causam huius esse cohaesioneum partium fluidi sustentantis §. XXXI. demonstratum dedi. Fluida enim inter se cohaerere probant phaenomena, & ea quidem tanta vi cohaerere, ut pondus guttulae aequari vi cohaesioneis partium fluidi possit. Pondus guttulae quidem perquam exiguum est, & corporis solvendi pondus saepe plus centies maius est; at totum hoc pondus nequaquam sustentatur a quacunque fluidi particula; neque conitinetur sumptum sustentatur hoc pondus; sed minima insensibilis pars huius ponderis a cohaesione aliquor partium sustentantis fertur, cui ponderi maiorem esse cohaesioneum facile poniqueat, quum guttula quaelibet certo ponderosior erit tali minima particula, quae tamen guttula ex cohaesione suspensa tenetur. Opus ideo erat, ut ad solutionem peragendam corpus solvendum ante in tales minimas, oculorum aciem fugientes, partes divideretur, quam antequam receptio & sustentatio fieri poterant: & ita phaenomenon hoc, quod contradictorum alioquin videri posset, ubi videmus, corpora specifice graviora fluidis specifice levioribus contra aeternam hydrostatices legem innatare, omni caret contradictione, nec repugnat naturae ordini. Partes autem sustentandae, vel qua tales, ob suum pondus, a fluido possunt sustentari, vel non. Si posterius, nulla

nulla efficietur solutio, nisi forte quoddam aliud corpus addideris, quod efficit, ut particula, sub minima hac mole adhuc gravior, fiat specificè levior; id est, quod efficit, ut maius occupetur spatium, sine tamen pondere inde proportionate auctio; hinc ob spatium, quod iam post compositionem occupat, plures contingit partes fluidi; hinc cum pluribus cohaerebit, in eas ager, haec reagent, id est, sustentabuntur. Plurum partium vero cohaesio facilius pondus idem ferre potest, quam pauciorum; hinc tunc sustentabitur soluta particula. Tale quid in omni solutione metallica occurrit, ubi salia, metallicis particulis adhaerentia, spatium quidem sensibiliter, non vero pondus, augent eadem proportione: hinc sustentantur. Ideo sal tartari per se a spiritu vini non solvitur; ast, si ope sulphurearum antea specificè levius fuerit redditum, tunc solvitur. Partes vero ipsae, quae in & a menstruo sustentantur, vel in interstitiis eius naturalibus haerent, vel extra ea: si prius, particulae solvendi debent actu in minores esse divisae, quam ipsae sunt partes fluidi; cum interstitia fluidorum non queant non esse minora semper per omnem naturam rei; ergo si ea naturalia tantum explore ponantur, necessario partes solutae erunt minores; sin vero posterius, valet dictum §. XVIII. nempe quod possint solutum & solvens spatium solventis tantum occupare: spatia vero haec vel formantur a concurso 4. vel 6. vel 8. particularum fluidi; si non, sed extra interstitia ea haerent, tunc solutio occupabit spatium,

de Praecipitatione chemica generatim considerata. 39

spatum, quod utrumque corpus simul per se occipat, detractis tamen poris solidi ante inexistentibus. Hoc in casu partes solutae sunt tantum circumdatae a particulis menstrui eousque, ut ex earum adhaesione sufficienter pondus earundem possit sustentari. Praeter datos hosce duos casus, tertius etiam cogitari potest: ubi nempe particulae solutae simul, partim intra interstitia naturalia, partim extra eadem haerent, si nempe corpus solvendum est adeo heterogeneum, ut contineat partes, tum adeo exigua, ut esse debent, tum maiores simul. Hoc in casu spatum, quod occupat totum mixtum, paulo maius erit spatio menstrui per se, paulo autem minus spatio menstrui & solvendi simul. Solutio quoad interstitia repleta differt adhuc, interstitia enim vel omnia, quae possunt, sunt repleta, vel minus. Priori casu audit *saturata*, & talis ad praecipitationem est aptissima: posteriori casu minus dicitur *saturata*, haec ergo adhuc aliquid recipere valet solvendum.

§. XXXIV.

Cum solutio, id est, fluidum ex menstruo & solvendo recepto compositum, diu talis conservari possit; sequitur, ut inter tendentiam particularum solutarum ex pondere deorsum, & cohaesionem partium menstrui sufflentantium, quoquoversus, hinc & sursum tendentium, talis sit status, ut hae duas vires oppositae, in se invicem agentes, sint aequales; alias si una esset maior vel minor, statim fieret

IIIIVXXXII

45 *Dissertatio inauguralis medico-chemica,*

ret motus secundum directionem vis fortioris; ergo adesset aequilibrium inter haec duo commixta, & quoque hoc aequilibrium non tollitur, eousque manebit solutio talis, quia in viribus, sub aequilibrio positis, non datur amplius ratio iatrinseca & sufficiens ad status sui mutationem ponendam, sed extrinsecus causa mutans vel tollens debet accedere.

§. XXXV.

Longius progrederer, quam mihi est constitutum, reliqua, quae de solutionibus in medium proferri possent, ulterius hoc loco expensurus: hinc ea omittens, ad cetera, quae nobis relicta sunt, ingrediamur contemplanda.

§. XXXVI.

Iam proinde de *sustentationis sublatione* agere convenit: quaecunque causa, quae sub solutione continet rationem sustentationis, ea remota exhibebit illius oppositum, scilicet praecipitationem, quia remota causa cessat semper effectus. Ergo causae solutionum sunt mutandae, vel imminuendae, aut omnino tollendae, in quantum fieri potest, & inde obtinebimus praecipitationem.

§. XXXVII.

Attendendum ergo est ad dicta de solutione, & ad ea, quae in iis possunt mutari, vel aliter determinari: inquirendum ergo, quomodo hae mutationes solutionibus induci queant.

§. XXXVIII.

§. XXXVIII.

Commemorabilis solutionum character erat §. XVIII. n. 1. quod instrumentum solutionis sit *fluidum*; is vero tolli nequit: nam non fieri debet ex solutione; ergo ex fluido composito quodam; fluiditas itaque falsa praecipitatione non abesse nequit. Modum stationis per evaporationem, ex parte huc specrandum, proprie vero ad fluidum, quatenus sustentat, pertinentem, infra suo loco tradam.

§. XXXIX.

Alter solutionis character §. XVIII. n. 2. erat, quod menstruum esse debeat *specifice levius corpore solvendo*. Sed iste character magis resolutionem determinat, quam solutionem & sustentationem. Interim tamen, si fluidum sustentans in specificie gravius mutatur, status solutionis mutatus inde necessario proveniet. Porro illa gravitas specifica maiorem vim cohaerendi partium, quam antea aderat, tribuit: Ergo partes §. XXXI. exhibitae, quae in interstitiis maioribus, vel extra illa naturalia, & tantum intra fluidum haerent, maiori vi, quam antea, ex cohaesione comprimuntur; hinc cedere coguntur. Et quia iam magis grave redditum est fluidum, per hypothesin, & maior cohaesio plus actioni resistit, quae hic erat pondus deorsum tendentis particulae, ex suis locis propulsae, ex pondere decidere nequeunt; hinc, qua leviores, sursum tendent; & quatenus extra interstitia iam iam haerent, sibimet ipsis contactus conceditur; hiuc maiores & graviores fiunt, & tunc, ad normam legum hydrostatica-

F

rum,

42 *Dissertatio inauguralis medico-chemica,*

rum, tum sursum, tum deorsum, tendet, prout vis partium insita variat. (§. XXXVII).

§. XL.

Cum praecipitatio sit separatio partium solutrum, qua talium, ex solutione, sequitur, ut quod modis possit nexus iste partium solutarum cum fluido sustentante exsolvi ac tolli, tot quoque modis possibilis sit praccipitatio.

§. XLI.

Nexus iste vel plane tolli potest, vel non: prius membrum dat perfectam praecipitationem, ubi actu partes plane ex fluido onnes abeunt, & seorsim dein existunt ac sub nomine ^{et} praecipitati veniunt. Posterius imperfectam sistit praecipitationem, ubi nempe separatio quidem aliqualis fit, sed ea tanta non est, ut ~~in~~tatum plane secedat a fluido. Talem occurrere videmus, si sub praecipitatione quacunque illud, quod ~~in~~tionem dare debet, sensim additur, ubi in solutione, in loco contactus novi corporis, nubeculam quasi oriri notamus, quae actu iam est praccipitatio, ast imperfecta, ob cauas sustentationis nondum sufficienter remotas.

§. XLII.

Separatio hacc vel fieri potest ita, ut vis, qua particula extra nexum tendit, sit pondus eius, vel a magnitudine eius determinetur. Si prius datur, fiet praccipitatio ad directionem motus ex gravitate, nimurum deorsum, quae sensu strictiore audit praccipitatio; sin contra posterius, magnitudo obstat, quo

quo minus amplius in interstitiis haerere queat: ergo tunc a sustentationis causa remota; ergo succedit, & quidem secundum directionem vis fortioris, quae hic vel haeret in particula ipsa, vel in fluido. Prius, nisi quatenus idem est cum praecedente casu, hic non obtinet; ergo in fluido tantum: hoc vero magnam particulam heterogeneam secum in suo gremio ferre nequit, ob aequilibrium columnarum cuiuslibet fluidi hydrostaticum sublatum; ergo si minor est cohaesio fluidi, quam particulae pondus, illam deorsum cedere permittat, si non, illam sursum pellat, necesse est. Hinc duae oriuntur praeccipitationum species; altera siens deorsum; altera vero sursum, prout vires praeccipitantes variant.

§. XLIII.

Cum quilibet motus duplici ex ratione possit induci, vel mutari duplicitate modo, nempe producendo languentem vim agentem, vel imminuendo aut tollendo resistentiam; sequitur, ut & praeccipitatio duplici modo induci possit: nimirum in maius augendo vim particularum (§. XXXVII.) & mutando resistentiam fluidi sustentantis in minus. Erat vero primaria & unica sustentationis causa §. XXXI. & XXXVII. cohaesio particularum fluidi sustentantis, tum inter se, tum cum particululis corporis soluti. Haec ergo erit aut imminuenda, aut tollenda. Fieri poterit hoc generatim contum auferendo; ergo separandae erunt partes. Aliter hoc obtineri nequit, nisi interponendo

ab aliis suis quod est in aliis suis. F 2 ministrat etiam aliud,

aliud, quod ubivis ex sua natura cum partibus fluidi sustentantis est facile miscibile & cohaerens; hinc superficiem earundem tum mutare, tum circumdare potest; quod porro debet esse superficie levius, pro data hypothesi. Hinc vis seu pondus particulae sustentatae facile tale esse potest, ut amplius sustentari nequeat, i. e. sua sponte, sine augmendo vis, decidat solutum. Quot modis, et quam varie hoc obtineri queat, inferiora loquuntur.

§. XLIV.

Partes quae per stationem in conspectum producent, sunt eae, quae antea in solutione haesitant: educuntur vero inde vel quatales, vel non. Prius obtinet, si causa trans proprie non agit in partes solutas, sed in fluidum sustentans columnmodo, eiusque vires mutat, ut siant minores, & partes contentae hoc pacto propria vi decident, vel sursum pellantur. Posterior fit, si causae, solutionem destruentes, in partes contentas stationandas vim suam exferunt: ergo partes debent, vel pondere, vel magnitudine mutari. Pondus maius stationem deorsum; minus motum sursum inducit. Magnitudo imminuta potius solutionem stabilit & firmat, quia minores partes mintis sunt ponderosae; hinc faciliter sustentantur: aucta vero, columnam, quam occupat aqueam, leviorum reddit; hinc ex legibus hydrostaticis praecepsitatio sursum versus fiet: si vero una cum magnitudine & pondus auctum est, descendit, prouti demonstratum dedimus. Ut autem maiores reddantur partes solutae, parum additamen-

tamenti opus habent, quia exigua particula mox dimidio, vel altero tanto, aut plus, magnitudine aut etiam massa sua augeri potest.

§. XLV.

Conditiones reliquae, quas de solutionibus dedi, & quae adhuc mutabiles observantur, sequentes existunt: Quoad partes, hae sunt usque dividisiae, ut

a) sint invisibles; b) adeo exiguae, ut in interstitiis particularum fluidi haerere possint; c) adeo leves, ut pondus earum sit minus cohaesione parium fluidi sustentantis; d) que graves nimis, resolutione absoluta, manfere, eas esse levioribus cingendas dixi, ut specificè leviores sic reddantur. De his ergo modi fiendi sectionis sequentes erunt.

a) Quia sunt invisibles, efficiendum hic est, ut reddantur rursus visibles; ergo tot sunt combinandæ, quot sufficiunt ad eiusmodi superficiem formandam, quæ radios luminis sufficienter reflectere valer, ut denuo in oculos incurvant. Quomodo vero hoc perpetrari queat, sequentes modi docebunt.

b) Exiguitas, earum tantilla, ut in interstitiis haerere possint, ita est mutanda, ut non amplius ibi subsistere possint: hoc duplaci modo fieri potest, nempe interstitia continentia, vel partes in iis contentas, mutando. De posteriori casu hic mihi est agendum. Ergo haec partes sunt maiores reddendæ. Hoc fieri non potest, quin simul pondus earum esset augendum; ergo duplex hic datur fundamentum: de pondere sequente numero agam. Particulæ augendæ vel haerent intra interstitia membrui naturalia, vel extra ea in

46 *Dissertatio inauguralis medico-chemica,*

aliis demum a solvendo formatis. Si posterius; ex
aucta mole æquilibrium hydrostaticum tollitur, quo
ergo sublato, necessario succedit præcipitatio. Hoc ut
obtineatur, plus materiae præcipitantis adhibendum
est, quam in priori casu, ubi nempe partes sunt ad-
modum exiguae; hinc valent ibi dicta §. præced. ad
finem. Ut vero partes augeantur, opus est tale ad-
dere corpus, quod 1. sui sponte & facile se cum solutio-
ne commiscet; & 2. partibus solutis adhaeret: ergo
a) debet esse fluidum vel in se, vel saltim solutum an-
tea, b) specificè levius particulis solutis. Ut vero ad-
haerat, & facilior fiat hinc separatio seu præcipitatio,
opus est, ut solutio sit saturata, i. e. ut ubivis obviae
sint partes solutae, ne id, quod additum, loca alia satis
capacia offendat, ubi sine miscela cum solvente haerere
possit; & ut adsit inter partes solutas & sustentantes
æquilibrium actuale, i. e. vires oppositæ aequales,
alias, multis licet denuo additis præcipitantibus, nul-
lum tamen inde emerget sublatum æquilibrium; hinc
est, quod ex solutione non saturata nihil præcipitari
queat. Talia autem corpora, quæ exiguitatem solu-
tarum particularum tollunt, sunt diversa, quæ natura
nos docere debet, a priori vix eruenda. Huc pertinet,
quod sal alcali se cum +do misceat, hinc si ab +do, ope
eius adhaesionis, corpora sunt soluta, inde ope alcali pos-
sunt ætari, quatenus hinc molem maiorem acquirunt.
Huc referri debet præcipitatio illa metallorum, ab
+dis solutorum, quæ si ope alcalici Θis additi, quod
per naturam suam cum +do, metallicam particulam
circumdante, sponte cohaeret, & sic constituitur par-
ticula gravior, quæ descendit. Θia vero omnia,
quia ab ∇a solvuntur, solvēbuntur & haec salia iterum,
si diu menstruo adhuc inherent; hinc evenit, ut li-

Quor ex ~~solidis~~ liberatus & inspissatus de actu nitrum,
five sal ex coniunctione ~~solidi~~ nitri cum alcali constans.
Quia talia non dantur fluida mercurio ita similia, ne-
que hoc modo solatum ex eo potest separari.

c) Pondus particularum in solutione adeo leve est, ut a
cohaesione partium sustentantium supereretur. Pro hac
ergo qualitate seu determinatione ~~solutio~~ modus erit,
augendo pondus eousque, ut maius fiat cohaesione; hoc
iterum tum absolute, tum relative fieri potest, nimi-
rum a) augendo pondus, b) imminuendo cohaesione.
De priori modo hic mini agendum. Augetur pondus
vel simul cum magnitudine aucta, vel sine ea; prius
sit modo sub lit. b significato; posteriori, dum partes pe-
ntrantes adeo subtile sunt, ut interstitia partium so-
lutarum adhuc intrare, hasque graviores sic reddere
valeant. Tales vero vix dantur, quamquam dantur adeo
subtile e. g. igneae. In alchimicis talis mixtio & mu-
tatio queritur.

d) Partes, post resolutionem nimis graves, pro susten-
tatione, cingendas dixi esse levioribus eousque, donec
totum sit tanta specifica levitate instruetum, quae satis
est sustentando. Leviores igitur haec si rursus separari
possunt, graviores sponte secederent: ergo hoc tentan-
dum, an fieri queat? In ipsa solutione non datur,
quod hoc praefter, nam quies semper ibi manet; hinc
aliud corpus accedere deberet, & quidem specifice gra-
vius, cui haec leviiores etiam adhaereant, vel tale, quod
specifici leviiores solvat, hincque a nexus liberer. Oc-
currunt talia phaenomena in omni metallorum solutio-
ne, a Θ ibus \pm dis facta, quorum metallorum partes
nimis specifici graves, sine largiore Θ ium solventium
adhaesione, ab ∇ sustentari nequeunt: idem in terrea-
rum

tum solutione contingit. Si itaque haec Θia separare valeas, solutum gravius sponte praecepitur. Hoc autem sit tum addendo aliud, cui Θia adhaerent, tum solvendo diluendoque Θia. Prius obtinetur, si aliud metallum, vel terreum corpus, vel salinum appropriatum adieceris, cui Θia illa, particulam specifice graviorem non contingentia, sed tantum cingentia, ex contactu adhaerent; hinc graviores redditae solutae metallicae decidunt, hocque modo omnes praecepitationes metallicae obtineri possunt. Altera via perverniendi ad scopum, erat, addendo tale, quod partes leviores adhaerentes solvere valeret: tale debet a) esse fluidum, b) specifice levius adhuc, quia debet solutionem efficere (per §. XVIII.). Ergo in dato exemplo, si Θia sunt solvenda, addere iis debemus menstruum appropriatum, quod est γά (per §. XVII.), unde dilutio eoruadem obtinetur; particula metallica vero, levioribus suis orbata, specifice gravior rursus redditur, que sic deorsum tendit, qui descensus hic facilitatur, quod fluidum sustentans, sub datis circumstantiis, simul specifice levius est redditum, hinc minus cohaerent partes inter se, viscidas imminuta est, & hinc tantum pondus amplius sustentare non valet.

§. XLVI.

Quoad fluidum ipsum sive menstruum sustentans sequentes annotandi sunt characteres:

- 1) Cohesionem partium eius esse causam sustentationis; 2) interstitia eius esse loca receptionis partium solutarum; eius quantitatem ad solutionem conferre; ignem qua fluidum ad sustentationem saepe aliquid conferre.

i) Co-

1) Cohesio partium fluidi pendet a vi insita, cuius character essentialis est gravitas specifica; haec vero per densitatem determinatur. Tale itaque corpus addendum erit, quod minorem habet densitatem. Et quia omnis cohesio supponit contactum partium immediatum, tale est addendum, quod hunc tollit, & sic problema habebis solutum. Utrisque addendis corporibus competere debet character facilis & perfectas miscelae cum solvente, ut in omnibus partibus consequatur effectus desideratus: ergo ut utrumque sit fluidum, sequitur.

a) Corpus, quod minorem habet densitatem, est specificē levius; ergo fluidum addendum est specificē levius. Hinc si per γ am tale quaeris, habes spir. vini; si per γ am cum Θ ibus quaeris, habes γ am simplicem. Ideo solutiones metallicae ab γ is Θ inis factae, π tantur ab γ a simplici (per §. XLV. lit. d.) & solutiones mera γ a absolutae (§. XVII. n. 2.), π tantur a spir. vini. Inde sit, ut sub præparatione remediorum, ubi saepè Tincturae minerales cum γ osis miscentur, π ratio eveniat; vel, si tincturae γ osae & γ ruosae simul praescribantur, itidem π ratio accidat. Qui vero errores facie evitari queunt, dummodo medium quoddam affunditur, quod partim ex particulis specifico gravioribus, partim ex levioribus concinnatum, ut sunt liquores salini & metallici, velut liquor terrae foliatae tartari, ut & Tincturae martiales omnes. Impingit dara regula, quod soluta ab γ a π tentur per sp. vini, contra experientiam communem, qua constat, illa soluta ab γ a non praecipitari a sp. vini, ut & saccharum. Præparationem, quantum quidem ego scio, nemo hucusque dedit: nimirum vero potissimum eo, ut a) in admodum exiguae dividantur partes, b) hinc infinite parvum habeant pondus, sensibiliter non agens, c) ut recipiantur in interstitiis absque eo, ut illa repleant, mul-

to minus extendant. Id cum valet de saccharo resoluto, hinc si sp. vini accedit, interstitia quidem maiora redduntur, & cohaesio aquae imminuitur, sed non in tantum, ut sub b. dictum pondus Θinae particulae sit maius eorumdem cohaesione: hinc non decidunt. Multo aliter res in gummosis solutionibus se habet, utpote quae in adeo exigua non solvuntur; unde nec in interstitia ipsa, sed in alia spatia maiora, recipiuntur. Atque si modo haberemus sat leve fluidum, in relatione ad ∇ am, certo & Θia inde elicere possemus. Valet itaque lex data: *Soluta ab ∇ a continentur a spiritu vini, tantum particulariter de gummosis solutionibus.*

b) Corpus, quod contactum particularum menstrui impedit vel tollere debet, tale sit, necesse est, ut inter omnes particulas menstrui se insinuare eorumque superficiem vel mutare, vel obducere valeat: ergo etiam debet esse specifice levius aqua, & summe subtile. Huiuscemodi vero ignis est, ut qui aqua est specifice levior; hinc ei adhaeret, illam penetrat, & partes obducit: ergo cohaesio in eius mixtione deerit, i. e. causa sustentans; ergo partes solutae separari debent, quod & actu sit, loquente ita experientia culinari, ubi vase, ∇ ae coquendae inservientia, crusta calcaria lapidea sensim obducta videmus, ex sola ∇ atione harum partium contentarum orta.

2) Solutae partes haerent, tum in interstitiis menstrui, tum in spatiis maioribus, hisce partibus appropriatis. Si in interstitiis, tunc vel in iis, quae a 4. vel 6. vel 8. particulis formantur. Si ergo ∇ ationem pro his circumstantiis desideras, opus tantum habes, ut interstitia mures. Hacc vero determinantur tum a figura partium, tum a vi cohaerendi particularum; hinc vel alterutram harum, vel utramque mutare debes, & quidem quia spati-

spatium est quantitas, mutatio erit aut in maius, aut in minus.

a) Si maiora cubis, necesse est, vel partes ipsas maiores reddere, vel earum cohaesione immuinere, ne adeo proxime, ex adhaesione, ad se invicem accedant. Prius absolute nobis concessum non erat, ast tamen quodammodo. Compertum enim habemus, omnia corpora ab Δ em expandi, ergo & menstrua; hinc modo Δ em adhibe, & problema erit solutum. Quod vero haec expansio particularum fluidi non semper sufficiat, loquuntur phaenomena. Posterioris fit, vel gravit. spec. ipsarum mutando, vel levioribus miscendo, vel levioribus interponendo: prius non est nostrarum virium, praeterquam quod compressione corporum praeflare valemus: de duabus posterioribus modis iam egi num, praecedente. Pertinet hoc ∇ tatio solutorum a a° tu nitri ope a° tus Θ is, vel a° ti communis. Ad amalgamationes non quadrat hic modus; quia mercurio non dantur fluida leviora proportionate talia, quae intimum cum eo coniubium inire possint. b) Si vero ea aveas minora reddi, eadem via, sed opposita ratione, tibi insistendum; vel enim partes sunt minores, vel specificie graviores reddenda. Utrunque praeflare ne piumus; hinc suffici nobis addere aliud fluidum specificie gravius, & sic scopum assequi, quod fit, dum solura metalla a a° tu Θ is, cum a° tu nitri; & solura a a° tu nitri, ope a° tus Θ ili, separamus. Neque hic modus ad amalgamationes applicari potest, cum non dentur fluida mercurio graviora. Si denique in spatis, a solvendo formatis & occupatis, haerent & inde removeri debent, oritur nobis inde consideratio 3) quantitatis menstrui, quae tam faciliorem resolutionem, quam sustentationem dabant. Prior status, seu resolutio, cum iam sit ad finem

G 2 per.

perducta, nos iam non tangit; posterior status, seu sustentatio, duntaxat removenda nobis hinc supererit. Haec antea removenda est, si dictis hue usque plurimis modis ϖ tatio intenditur, eousque, donec non amplius sit abundans, i. e. saturata, quae sufficit exacte ad tantum sustentandum, quantum adest. Si vero haec remotio menstrui ulterius continuatur, non amplius sufficiet pro sustentatione; ergo haec cessabit, quia causa deest; ergo sic obtinebimus ϖ tacionem. Hoc primo modo decidunt ex fluido istae partes, quae in spatis fluidi, ab illis ipsis antea factis, haerent; haec enim ex multarum adhaesione atque ex aequilibrio hydrostatico suspensae tenentur: deficientibus vero his, mox fundunt perent, quia per se sunt nimis magnae, & haud raro simul graviores. Quae vero in interstitiis natant, istae sunt subtiliores & leviores; ergo opus est, ut haec ex uno intersticio in alia abeant, donec tot collectae fuerint, quae ex pondere cohesionem reliqui sustentantis menstrui superare valent. Ad ipsam quod attinet remotionem menstrui, eius fiendi modus determinatur per essentiam eius: cum enim omne debeat esse fluidum; haec vero fluiditas soli admixta aquae accepta sit referenda: hinc aquae duntaxat erunt removenda seu auferenda; quae quemadmodum abigenda sint, experientia docuit, ea nimirum evaporatione in aëre aperio, vel etiam in vasis clausis, scilicet & tollendo. Eadem quoque methodus valet in solutionibus cum mercurio per ϖ cis.

4) Ignis, quatenus sub resolutione & solutione adhibetur, utique suam utilitatem ad effectum promovendum conferit, ut pluries iam monui, saltum movendo, si sub ϖ tione adest, eam impedit; ergo is est removendus, quod sit exponendo in loco frigido. Per se remocio Δ is non sufficit, sed alia praecipitationis methodus actu est adhibenda, praesertim evaporatio.

§. XLVII.

§. XLVII.

Dicitur igitur hucusque modis praecipitationes solutorum possunt commode adornari: varia eaque plura adhuc de theoria/praecipitationum nobis restarent admonenda, si solummodo hoc argumentum expendere animus esset; sed tam necessarium, quam utile mihi videtur etiam ostendere, quid inde prodeat? quomodo solemniter ac communiter institui soleant, i. e. quas habeant species, indicatione dignas & quis earum usus? In antecellum vero ex dictis praecipi-tandi modis, haec tenus consideratis, quasdam regulas & cautelas universales deducere ex usu erit.

§. XLVIII.

1) Pro essentialibus solutionum characteribus modi-
stanti sunt eligendi quam maxime appropriati, qui
tum ex determinatione dictorum, tum ab experientia
peti debent.

2) Omnis solutio, si ratio rite succedere debet, sit,
quantum fieri potest, saturata: quo minus enim talis est,
eo minor quoque erit effectus §. XLVI. n. 3.

3) Omnis solutio, antequam ratio instituatur, sit,
quantum fieri potest, depurata &, nisi per filtrum trai-
cta, certe tamen decantando a crassioribus & feculen-
tis separata.

4) Ipsa praecipitationis materia, si qua additur, sit
pura & sincera, nec uno impetu infundatur, sed sensim
pedentimque, ne noxiis inde effectus sequantur, velut
effervescentiae, explosiones, calor nimius, cetera.

5) Sub ipsa mixtione solutio lente & caute commo-
veatur, ut fans ad omnes accedat partes, in easque
omnes convenienter & aequabiliter agat, ne remaneant
multa: quae cautio praesertim circa experimenta deter-
minata noranda est.

G 3

6) Si

54 *Dissertatio inauguralis medico-chemica,*

6) Si volatilia solutioni praecipitandae insunt, praecipitatio instituenda est in vase claudo, probe obturato, & lentissime addatur \textpi trans materia. Cave tibi a vaporibus.

7) Post mixtionem stet praecipitatio in loco quieto per satis longum tempus, ut separatio rite succedere queat; vis enim, i. e. pondus particularum, est admodum exigua, quae est frequentissima tamen ratio separationis; hinc lente succedit.

8) Lente ac moderate menstruum a \textpi tato decantetur &, quantum fieri potest, omne \textpi tatum colligatur, quod deinde edulcorandum atque exsiccandum, vel alter est mutandum, prout scopus postulaverit.

§. XLIX.

Quicquid ex solutione per praecipitationem prodit, id nobis dicitur *praccipitatum*. Est vero tum vel corpus siccum pulverulentum, vel non, sed spissum, & robor, verbi causa, sambuci consistentia fere simillimum. Si hoc, vocatur *extractum*, quod ex vegetabilium atque animalium succis gummeo - resinosis parari solet. Si prius, corpus siccum pulverulentum vel adhuc figura regulari praeditum est, vel non. Si prius, figura haec vel perfecta & constanter talis est, vel non. Prius membrum dat *crystallos*: si vero posterius, vel erit ex minerali regno eductum, unde *arbor Diana*; vel non; hic sic dicti *Cremores* pertinent. Praecipitata, quae nulla peculiari gaudent figura, sed informes tantum sunt pulveres, ulterius dispergiri queunt in talia, quae ex corporibus metallicis producuntur, vel ex aliis: hoc membrum dat *magisteria*; prius vero ulterius in duas novas abit determinationes; nimirum pulveres isti, qui ex metallis producuntur, & qui in genere *calces metallorum* dicuntur, vel colore quodam adhuc imbuti sunt & praediti, vel non.

non. Qui sunt colorati, peculiariter vocantur *crocis metallorum*: reliqui, coloris *exfortes*, *calces*, simpliciter appellantur.

Scholium. Admodum vage atque inconstanter Chemici utuntur hisce nominibus, *Magisterii*, *Calcis*, *Croci*, ita ut omnia tria modo eidem subiecto tribuant, modo *Calcis* & *Magisterii* nomina facilius ~~renovari~~ accipiunt. Interim tamen in eo omnes conveniunt, quod ~~renovari~~ metallica omnia sint actu *calces*; hinc ex hac constante notione per oppositionem formavi ideam *Magisterii*, quia in se vaga est, & pro arbitrio possit haec vel illa idea concocti. Si placet, ita eam poteris mutare, dicendo: Quicquid pulvis siccii formam per praecipitationem obtinet, audit *Magisterium*, speciatim si illud ex corpore metallico fuerit eductum & sine colore est. Calx, quae colore qualcumque tincta, rectissime *crocus* dicitur. Calx contra de ~~renovari~~ vegetabilibus vel animalibus non usurpatur.

§. L.

Ustatissimi inter tot exhibitos praecipitandi modos nobis sunt sequentes: nempe tum ignem adhibemus, tum alia rantium corpora addimus: si posterius, speciatim haec operatio audit *praecipitatio*. Ope ignis haec operatio perficitur, vel in vase aperto, si menstruum nullius pretii nobis est, vel in vase clauso. Prior species tunc dicitur *evaporatio*; posterior *destillatio*: in hoc casu, vel menstruum, antea adhibitum, in genere a soluto separatur, unde sic dicta *abstractio*; vel in specie superfluum humidum, liquori cuidam admixtum, ad praecipitationem sive per se spectatam, sive facilioriem impetrandam, auferitur, unde ista oritur operatio, quae *deplegmatio* dicitur. Evaporatio autem brevi ante commemorata, ad plenariam siccitatem soluti perducitur, vel non. Prius obtinetur, vel solius ignis beneficio, si nempe *coagulatio* instituitur; vel ope Δ is & succendentis refrigerationis simul; unde *crystallisationis* modus patet. Quae non ad plena-

plenariam absolvitur siccitatem evaporatio, ea vel ad paulo spissorem & saturatiorem consistentiam duntaxat continuatur, quod sub *in�ssatione* contingit, vel ad longe magis spissam, a mellis spissitudine nihil abludentem, redigitur, que operatio est *extractio* sensu pharmacevico, ut de vegetabilibus ac animalibus ita praeparatis usurpatur. Haud equidem abnuero, dictas hasce species proprie non omnes huc pertinere, & divisionem potius aequivoici in sua aequivocata dare; ast, quia multi Chemicorum eas hue referunt, nullus dubitavi eosdem similiter imitari, parum de regulis Logices sollicitus, cum maius commisifsem vitium, si ab uero loquendi nimis recessisse.

§. LI.

Iam brevissimis cuiuslibet speciei necessaria percurrere expedit. Praecipitatione per alia addita corpora inducta, impetrare solemus sic dictas *Calces metallorum* eorumque *Crocos*, ut & *Magisteria* nobis cognita; nec non quae peculiariter huc pertinent, ut *saccharum*, *cerussam* & *vitriola*: Impropriè non raro Magisteria etiam paulo latius accipiunt pro praecipitatis metallorum, dum usu receptum est, *saccharum Saturni* etiam *Magisterium Saturni* appellare. Omnia metallorum calces possibles cogitari possunt. Nam omnia possunt solvi, atque ex sua solutione rursus separari. Constant vero *Calces*, aegre denuo solubiles, ex terra metallica, subtili, particulis salinis adhuc remixta, sed particulis *speciatis* metallicis privata, quod ex modis eas reducendi vide re est. Quae calces metallorum per calcinationem parantur, huc non spectant, quia nobis sermo solumento est de calcibus per praecipitationem enatis: Contra huc omnium praecipue pertinent calces auri, plumbi, ferri, antimonii, mercurii, veneris, & speciatim aurum fulmi-

fulminans, mercurius $\ddot{\sigma}$ tus ruber, albus & flavus, cerasa $\ddot{\sigma}$ ii, faccharum Saturni. Placet hoc loco singularem quandam solutionis speciem & $\ddot{\sigma}$ tionem, regulis tamen datis non contrariam, communicare, dum nempe auri pars i. cum mercurii part. vi. & flor. $\ddot{\sigma}$ ris part. xii. solvitur, & dein mercurius igne rursus abstrahitur; obtinemus inde per $\ddot{\sigma}$ tionem calcem auri. Nominabohantum mercurium sic dictum vitae, qui ne granum quidem mercurii possidet, atque ex buryro $\ddot{\sigma}$ ii per $\ddot{\sigma}$ tionem, tum ope olei $\ddot{\sigma}$ ri per deliquium, tum ∇ ae aut spiritus vini, impletatur.

s. LII.

Croci dicuntur $\ddot{\sigma}$ tata metallorum, coloribus adhuc praedita, ergo sulphureis omnibus non destituta. Putant Chemicorum nonnulli, eos appellari crocos, qui ex metallis rubris parantur, velut ex auro, cupro & ferro: sed obstat ipsum aurum fulminans, & quod ferrum non sit rubrum per se, sed huius denique coloris, postquam iam ipso croco obductum sit. Obtinentur hi croci tum ex solutio*n*e & $\ddot{\sigma}$ tatione perfecta, uti croci martis adstringentes & nonnulli alii, tum vero ex solutione imperfecta, quae sub efflorescentia nomine venit: si e. g. ferrum fluido quodam modo tanum humectatur, & dein sibi in aere relinquitur. Hic actu sit solutio; ast, ob defectum menstrui, conveniens nulla receptio; hinc, facta nimia evaporatione, mox $\ddot{\sigma}$ tatio sequitur in eodem loco; unde efflorescentia.

s. LIII.

Magisteriorum usus & forma olim erant celebratissima, sed nullo fundamento. Sunt vel terrea, quatenus sunt metallica, proprie calces dicenda; vel sulphurea, vel mixta. Pertinent hanc magisteria Benzoe*s*, Succi*m*, Asae

58 *Dissertatio inauguralis medico-chemica,*

Afæ foetidae, Guttae, Magisterium cordiale, epilepticum, &c. PARACELSUS, eiusdemque affectae, horum usum nimis magnificabant: Cartesiani autem, & præsertim ZWELEFFERUS, ea reiecerunt, hinc hodie raro usu frequentantur, præterquam quod Specificum cephalicum MICHAELIS etiamnum ingrediantur. Obdita caustica, quibuscum præparantur, tuto non sunt adhibenda, semper enim aliquid salini remanet.

§. LV.

Extracta, sunt corpora admodum spissa, paucis aquæ adhuc remixta, ideoque inter solida & fluida mediae consistentiae. Dicuntur extracta vel in relatione ad solutionem partialem; ubi animus est certam quandam partem, velut gummosam, aut resinosam, a corpore quoipiam separare, reliquis intactis relictis: vel proprium sumunt pro corporibus in Pharmacopoliis prostantibus. Prius valet præsolutione: posterius nomen proposito, quod nostræ duntur est considerationis. Obtinentur modo evaporationis plenariae. Usus corundem potissimum in eo consistit, ut vires corporis medicamentosi, sub exigua extensione & mole assumti, efficacius in humanum corpus agere queant. Studendum ergo hic utique est, ut vires, quantum fieri potest, conserventur, quod tamen methodo communi raro cum perfectione obtinetur, ideo celeb. Hieron. LUDOLF de meliore methodo extrahendi & plane egregia sollicitus fuit, quam dexterime exhibuit in sua Chemia p. 339. Inspissata eodem obtinentur modo & non nisi gradu consistentiae differunt.

§. LV.

Cryphalli sunt corpora solida, regulariter & constanter eodem modo formata, nimirum prismatica, ex foliatio-

Iutione saturata sponte naturae genita. Multis placet addere, sunt corpora salina; sed & terrae, metalla & alia possunt crystallifari, testantibus id crystallis regulariibus lapideis hexagonis, spatho crystallifato gypso hexangulari, parallelepipedeo, rhomboidali seu selenite, calcareo spatho tesselato octoedro, cubico, tetradodecaedro, hendecaedrico, octagono lamelloso, & omnibus pretiosis fere lapidibus. Metalla sponte crystallifari, loquuntur omnes pyrites, omnes fere minerae admodum regulariter formatae, quas enarrare hic non locus, nec tempus est. Hinc sane graviter errant, qui fabribus tribuant specificum hunc characterem. Constantes crystallos eodem modo formant, loquitur experientia. Esse eas corpora prismatica & pyramidalia, non est attributum crystalli simplicis, sed compositarum in longum extensarum; simplices enim, qua tales, nobis se non sistent. Solutionem requiri saturatam, patet ex theoria *vegetationis*; & multum confert iustus eius gradus ac depuratio, seu filtratio, ad regularitatem figurarum. Pelluciditatem non pauci requirunt, qui character vero est inconstans, testantibus id crystallis metallicis naturilibus & artificialibus. Tanquam species magis inferiorum crystalli venire multis solent, aliis non, nec quod conceptus sunt talia. Complectitur vero sub se, qua speciem istam, praecipitationem, quae per curiculam sub evaporatione contingit, atque collecta *cremoris* nomine venit.

§. LVI.

De modo fiendi crystallisationis & vegetationis sophisticae, Philosophi sic dicti per ignem multa somniare. Nemo vero omnium hucusque magis appropriatam eius dedit theoriam mechanico-physicam, praeter

Illu-

59 *Dissertatio inauguralis medico-chemica, de Praecip. &c.*

Illustrem HAMBERGERVM & eius discipulum, LUDOL-
FIUM, in iam ante citata sua *Chemia*, a p. 539. ad 549.
ad quem Lectorem, plura scire cupidum, remitto. Ego
vero reliqua, quae hoc loco adhuc proferre possem,
quia nec tempus, nec locus id ferunt, alio magis op-
portuno tempore exhibitorum me, promitto. Ceterum
benevolentiae iudicioque aequo Lectoris meas quales-
cunque lucubrationes de meliori nota
commendatas velim ac traditas.

So sehr mich stets Dein Fleiß, gepriesner Cramer, rührte,
Der reizend unvermerkt mich, Dich zu lieben, führte,
So sehr erfreut mich jetzt der Ruf von Deinem Glück;
Es kröne Deinen Fleiß das billige Geschick,
Denn da man jetzt Dein Haupt mit edler Zierde decket,
Da man den Doktor-Ring Dir auf den Finger stecket,
Da Dich des Lehrers Hand zum Arzt und Lehrer schlägt,
So wiederfahrt dem Fleiß und den Verdiensten Recht.
Doch, Freund, Du willst es nicht, daß man Dein Wiss-
sen lobe,
Es lobt sich freilich selbst durch die geschickt Probe,
Die Deine Fähigkeit in einer Schrift gezeigt,
Wo zu die Tadel sucht mit größten Rechten schwiegt,
Bergonne daß ich denn der Schrift den Wunsch beifüge:
Es folge Dir das Glück, daß sich Dein Geist vergnüge,
Dass ich zu Deinem Wohl die Nachricht Tag um Tag
Von täglich neuer Eur vergnügt vernehmen mag.

Hiermit empfielet sich dem Andenken des
Herru Versassers

Desselben
gehorsamster Diener

F. C. N.

M D O M

Halle, Diss. 1754

ULB Halle
004 928 13X

3





1754 2^a 8
DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICO-CHEMICA
DE
**PRAEcipitatione CHE-
MICA
GENERATIM CONSIDERATA**
³

QVAM
SVE AVSPICIIS SVMMI NVMINIS

ET
CONSENSV GRATIOSAE FACVLTATIS MEDICAE

P R A E S I D E

D. ANDREA ELIA BÜCHNERO

SACRI ROMANI IMPERII NOBILI,
POTENTISSIMO PRUSSIAE REGI A CONSILIIS INTIMIS,
MEDICINAE ET PHILOSOPHIAE NATVRALIS PROFESS. PUEL. ORDINARIO,
FACVLTATIS MEDICAE H. T. DECANO,
IMPERIALIS ACADEM. NATVR. CVRIOSOR. PRAES DE,
ET COMITE PALAT. CAESAREO

PRO GRADV DOCTORIS
SVMMISQUE IN MEDICINA HONORIBVS ET PRIVILEGIIS
DOCTORALIBVS LEGITIME IMPETRANDIS

DIE IX. NOV. A. S. R. CIO CCLIV.

IN ALMA REGIA FRIDERICIANA

FVBLICE DEFENDET

AVCTOR

JACOB. IOACH. GEORG. CRAMER DE CLAVSBVRUCH
MAGDEBURGENSIS.

HALAE MAGDEBURGICAE,
LITTERIS FÜRSTENIANIS.

